

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Correctio at  
cum fonte primo

Maior culpa quo cicius quia culpa est agnoscitur  
eo eciam celerius emendatur.  
Minor uero dum quasi nulla creditur  
eo peius quo et securius in usu tenetur.

Gregorius ibidem (in pastoralis).

Maior enim quo citius quia sit culpa agnoscitur,  
eo etiam celerius emendatur;  
minor uero dum quasi nulla creditur,  
eo peius quo et securius in usu retinetur.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 3.33  
(SC 382, F. Rommel ed., pp.498/500, ll.22-25).